

dat:<sup>14</sup> *Sicut Empedocles, quae enim in calidam matricem venerint mascula gigni, quae autem in frigidam, foeminas. Et mox:*<sup>15</sup> *Hoc enim revera Empedocles segnius apprehendit existimans frigiditate et caliditate differre tantum. Quod etiam hic improbat procedente tamen*  
 5 *disputatione, largitur aliquid sic scribens:*<sup>16</sup> *Caliditatem sane et frigiditatem causam existimare maris et foeminae et secretionem a dextris fieri vel sinistris habet aliquam rationem. Tandem versus finem post instrumentorum quorundam suppositiones, cum Empedocle in eandem venit ipse sententiam:*<sup>17</sup> *His suppositis forte magis fuerit*  
 10 *manifestum, quam ob causam gignitur hoc quidem foemina, hoc vero masculum. Quando enim non superet principium et nequeat coquere ob defectum caliditatis nec perduxerit in propriam ipsius formam, sed hac vincatur, necesse est in contrarium mutare, contrarium autem etiam mari est foemina. Quae cum ab eo dicantur, quid aliud est dicere*  
 15 *quam marem et foeminam ob maiorem et minorem calorem gigni, minor autem maioris respectu rationem frigiditatis habet.*

Cur vero tantus philosophorum Deus in metaphorarum etiam frivolam reprehensionem descendit eiusdem libri capite 8:<sup>18</sup> *Empedocles non recte putavit vel non bene transtulit canens*

<sup>14</sup> καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς· τὰ μὲν γὰρ εἰς θερμὴν ἐλθόντα τὴν ὑστέραν [ύστέρα] ἄρρενα γίνεσθαι τὰ δ' εἰς ψυχρὰν θήλεα. [ARIST. G A 764a. 2 – 4]

<sup>15</sup> τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς Ἐμπεδοκλῆς ῥαθυμότερον ὑπέληφεν οἰόμενος θερμότητι καὶ ψυχρότητι διαφέρειν μόνον. [ARIST. G A 764a. 12 – 13]

<sup>16</sup> Τὸ μὲν οὖν θερμότητα καὶ ψυχρότητα αἰτίαν [αἰτίων] οἶεσθαι τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος καὶ τὸ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν δεξιῶν γίνεσθαι ἢ τῶν ἀριστερῶν ἔχει τινὰ λόγον· [ARIST. G A 765a. 35 – b. 1]

<sup>17</sup> τούτων δ' ὑποκειμένων ἴσως ἂν ἤδη μᾶλλον εἶη φανερόν δι' ἣν αἰτίαν γίνεται τὸ μὲν θῆλυ τὸ δ' ἄρρεν. ὅταν γὰρ μὴ κρατῆ ἢ ἀρχὴ μὴδὲ [μητὲ] δύνηται πέψαι δι' ἔνδειαν [ἐνδειάν] θερμότητος μὴδ' [μητ'] ἀγάγη [ἀνάγη] εἰς τὸ ἴδιον εἶδος τὸ αὐτοῦ ἀλλὰ ταύτη ἡττηθῆ, ἀνάγκη εἰς [ἐπὶ] τοῦναντίον μεταβάλλειν. ἐναντίον δὲ καὶ τῷ ἄρρενι τὸ θῆλυ. [ARIST. G A 766a. 16 – 21]

<sup>18</sup> Ἐμπεδοκλῆς δ' οὐκ ὀρθῶς ὑπελάμβανεν, ἢ οὐκ εὖ μετήνεγκε ποιήσας ὡς τὸ γάλα μὴνός ἐν ὀγδοάτου δεκάτη πύον ἔπλετο λευκόν. σαπρότης γὰρ καὶ πέψις ἐναντίον [ἐναντία], τὸ δὲ πύον σαπρότης [τίς] ἐστίν [ἐστί], τὸ δὲ γάλα τῶν πεπεμμένων. [ARIST. G A 777a. 8 – 12]